

GVADÁNYI JÓZSEF

MAGYAR LOVAS GENERÁLIS

EMLÉKEZETE.



A Gvadányi grófi család cimere.


POZSONY, 1887.

—
ANGERMAYER KÁROLY NYOMDA-INTÉZETÉBŐL.

GVADÁNYI JÓZSEF

MAGYAR LOVAS GENERÁLIS

EMLÉKEZETE.



A Gvadányi grófi család cimere.

POZSONY, 1887.

ANGERMAYER KÁROLY NYOMDA-INTÉZETÉBŐL.



Szabad királyi Szokolca város érdemes polgárainak.

Értesültem felőle, hogy azon ünnepélyes alkalomból, midőn Önök dicsőült nagybátyám, Gvadányi József gróf szokolcai hajdani lakóházát feliratos kölappal kívánják megjelölni, hogy ez által királyához és hazájához hű néhai polgártársoknak s a magyar nemzeti irodalom jeles bajnokának emlékét ünnepeljék, gondoskodtak arról, hogy életrajza — például az utónemzedéknek — közkeletűvé tétessék.

Ez ösztönzött engem is arra, hogy közé tegyem ez adatokat, melyek a Gvadányi grófi családnak általam őrzött okirataiból merítvők.

Fogadják kedvesen e néhány levelet a Gvadányi babérkoszorújához, valamint annak olajba festett eredeti arczképét viszonzásaképp azon megtisztelő figyelemnek, melylyel jelen ünnepélyökhöz meghíni szíveskedtek.

Horkai báró Horeczky Ferenc,
monostorpályi prépost, a pozsonyi káptalan éneklő kanonoka.

Adatok a Gvadányiak történetéhez.

A Gvadányiak, eredetileg „de Gvadagnis“ ősi nemzetsége Olaszországból, a nagy *Petrarca* szülő városából *Arezzoból* származik.

A XVI. és XVII. században e nemzetség négy jeles sarja tűnik föl: *Angelo*, *Emilio*, *Antonio* és *Alessandro*.

Ezek közül *Angelo*, mint Arezzo városa zászlósa (vexillifer, gonfaloniere, első tisztje) előnyös békét kötött Firenze és Arezzo közt.

Emilio és *Antonio* többszörösen követekül jártak Rómában és Firenzében, amiért a magok és családjok számára a római és florenci *patriciusi* rangot érdemelték ki.

Alessandro végre mint vitéz katona a spanyol király zászlói alatt küzdvén, Rouennál Flandriában dicsőn elesett, amiért 1606-ban családja tagjai a *német rend lovagjai* közé annak rendje szerint fölvetettek.

E helyt még az ötödiket is meg kell említenem: *Gvadagni Antal* karmelita atyát, kit XII. Kelemen pápa 1732. februárius 29. biborossá nevezett.

Egy másik *Gvadagni Sándor*, ugy lehet az előbbi Sándor fia, I. Lipót római császár és magyar király szolgálatába lépett, és különböző hadjáratokban saját költségén részt vevén, nevezetesen *Kassa* városa védelmében tűnt föl.

Amiért főstrázsamesterré előléptetvén *Szendrő* vára parancsnokává neveztetett ki. Mint ilyen érdemelte meg, hogy 1686-ban *Sobieski János* lengyel király által a *grófi rendbe* emeltetett.

Azután feleségül vette ghymeszi gróf *Forgách Ádám* Borsod vármegye főispánja leányát, *Borbálát* és vele kapta *Ruda-Bányát* birtokul Borsodban.

Ugyancsak Borsod vármegye közönségét kérte 1686. szeptember 24. kelt levelében — tehát röviddel gróffá történt fölmagasztaltása után — támogatná folyamodványát, melyben a maga és utódai számára a *magyar indigenátust* kéri.

Az ország, tekintve Gvadagninak a magyar nemzethez való hű ragaszkodását, teljesítette e kérelmét, s azt az 1687-i országgyűlés XXVIII. törvényczikkébe igtatta, miről miután a szokásos hűségi esküt letevé, I. Lipót király is kiállította 1688. márczius 28-án a diplomát, melylyel *kamrását és Szendrő végvár kapitányát, gróf és örgróf Gvadagni Sándort* maradékaival együtt Magyarország főrendei sorába fölveszi.

Gvadagni Sándor grófnak gr. *Forgách Borbálától* három fia született: *Sándor*, ki a II. *Rákóczy* Ferenc pártján levő *Forgách Simon* gróf ezredében mint kuruc-kapitány szolgált; *Ádám*, kinek neje gr. *Bedeker* vagy *Beckers* Anna volt, s ennek vala (ugy látszik) fia *Gvadagni Ascanius* gróf ezredes. Legkisebb fiát *Jánosnak* hítták.

E *János* nőül vette szent-miklósi és óvári báró *Pongrácz Esztert*, kivel tizenegy gyermeket nemzett, kik azonban gyöngye korukban mind elhaltak, kivéve az egyetlen *József* grófot, a hírneves magyar költőt és magyar lovas generálist, ki *Ruda-Bányán*, 1725. évi október hava 16. napján született.

Gvadányi József, mert már ő így írta nevét, tanulmányait a költészeti osztályig *Egerben* a jezsuitáknál folytatta. A költészetben minden tantárgy fölött kitüntette magát, képes levén három óra alatt száz latin verset írni.

Azután *Nagy-Szombatba* az egyetemre költözött.

hol a bölcészeti tanfolyamot szintén fényes eredmény-nyel végezte, amennyiben *Prileszky János*, jézustársasági atya, a magyar szentek életirója* által *borostyánossá* avattatott.

Végezvén tanulmányait tizenkilencz éves korában a *Szirmay* könnyű ezredébe lépett zászlótartóul, s azzal 1744-ben ismételve a poroszok ellen harczolt; azonképen az egyesült spanyol és franczia hadak ellen öt ütközetben csatázott (1747).

Midőn pedig a magyar hadak a *Lar* vizén a *Provenceba* behatának, franczia fogságba esett és *Toulonba* vitetett, de innét egy hó mulván kiszabadult.

Később, hogy hadseregünk visszavonulni kényyszerüle, Gvadányi a Var hídjának elfoglalásánál golyó által megsebesülvén, *Saxonába* vitetett, hol három hónapig ágyban sínlé baját.

Fölgyógyulván, nagybátyjának, gr. Gvadányi Ascaniusnak ezredéhez kapitányul áthelyeztetett és *Genová* alá vonult táborba.

Majd a *Baranyay* huszárok ezredetébe lépett.

A béke helyreálltával Gvadányi József 1752-ben megházasodott nőül vevén Horkai báró *Horeczky Francziskát*, Horeczky Miksa báró és kesseleökeői báró Majthényi Angelika leányát, kivel nem hosszú ideig élvén, három gyermeket nemzett.

Neje halála után a hét éves háborúban annak egész folyama alatt részt vett.

1756-ban mint fő-strázsamester a Baranyay huszároknál Hadik gróf vezérlete alatt része volt *Berlin* bevételénél és merész vitézsége által annyira felelmissé vált, hogy *Alót*, porosz hadvezér száz aranyat tűzött ki fejére.

Visszatérvén 1763-ben a hazába, ezrede Bereg, Szatmár, Máramaros és Ugocsa vármegyékben szállá-

* Acta Sanctorum Ungariae. Két kötet, Nagy-Szombat, 1743—4.

soltatott el, ő maga Beregben a Tisza mellett Badalóban ütött tanyát.

1772-ben mint a *Nádasdy* huszárok ezredese Galiciába helyeztetett át, hol 1773-ban tábornokká neveztetvén ki, tiz év múlva 1783-ban harminckilenc évi szolgálat után nyugalomba vonult.

Szakolcára költözött és azon 150 holdon, melyek anyai jusson szállottak reá, gazdálkodott, kertészkedett és írta jeles műveit. Itt már késő öregségében újra megnősült elvevén valamely nyugalmazott ezredes özvegyét.

Ugyancsak Szakolcán, 1801. december 21-én hirtelen meg is halt.

Eltemettetett a helybeli szent-ferenc-rendiek templomában, hová 1809-ben leánya tetemei is eltétettek.

Drága hamvait később a báró Horeczky-család *rohovi* sírboltjába átvitette *Horeczky Nándor* báró.

Egyetlen fönmaradt fia, gróf *Guadányi Ignác* nyugalmazott ezredes, meghalt Pozsonyban, 1828. június 22-én hetvenhárom éves korában.

Benne a család magva szakadt.

II.

III. János, lengyel király De Guadagnis Sándort, fölsorolván az ő és ősei érdemeit, grófi rangra emeli.

(Datum in Arce Janorouensi, a 1686. die 14. m. maii.)

Joannes Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Kijouiae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Liuoniae, Smolensciae, Seueriae, Czerniechouieque.

Notum facimus praesenti diplomate nostro regio universis et singulis tam praesentibus quam futuris in omnem posteritatem gloriosa tam ciuium quam exterorum heroum acta, praecique tamen ea, quae a firmatis in solijs probantur

dominationibus tantae sunt excellentiae ac meriti, ut nullis nisi ipsiusmet aeternitatis recompensari queant documentis ideo Maiestatum fauores tam augustam sibi habent annexam potestatem, ut quemadmodum astra perpetuis haec sublunaria conservant influentijs: ita et illi praeclara illustrium virorum gesta aeviternis beneficentiae et liberalitatis illustrent radijs, eaque orbi universo ostentata in omnem aetatem perennare faciant.

Quemadmodum sincera consiliariorum Nostrorum informatione edocti non solum de auita nobilis ac generosi *Alexandri de Guadagnis* familia, quae per plura saecula in illustrissima republica Aretena florens plurimos, quorum vitae toga sagoque fulsere italico orbi immortales expandit viros, inter quos *Angelus, Emilius, Antonius* et *Alexander* de Guadagnis quatuor verissimi et suavissimi patriae flores armis pariter ac scientijs viri perillustres, qui immortalitatem nominis sui bono publico et praeclare factis superinstruxere. Horum primus supremam in republica, quae est Vexilliferatus dignitatem adeptus, exortos inter illustrissimas Respublicas Florentinam et Aretinam virtute compescuit motus, autoritate pacem stabilivit, subscripsit, ratificavit. Secundus pariter ac tertius legationibus publicis a diversis principibus multo toties admodi tanta cum laude, honore ac fidelitate sciuerunt uti natis magnae menti talentis, ut respectu actionum ab his duobus pulchre gestarum tota familia in patritiatum Romanum et Florentinum fuerit assumpta. Quartus etiam militia clarus, domesticam pertaesus quietem, tamdiu vexilla serenissimi Hispaniarum regis secutus est, donec in expeditione ad Rhotomagum in Flandria, hispanos inter et gallos peracta, gloriosam mortem fortiter obierit. Tandem anno 1606 ultimi huius *Alexandri* de Guadagnis familia, secundum ordinis rigorem processata, digna fuit recognita, quae in Melitensium equitum religionem admitteretur. Sed nec in tantis maioribus minor defacto existit nobilis ac generosus *Alexander* de Guadagnis, de cuius inquam animi generositate et heroicis herculeisque virtutibus non minus quam de eiusdem familia sufficienter informati, quas virtutes ille cum alibi, tum praecipue sub felicibus signis augustissimi Leopoldi primi romanorum imperatoris proprio sumptu, plurimos annos, diversis in expeditionibus, maxime tamen in defensione contra turcarum ac rebellium

hungarorum assultus, Cassoniae tam strenue ac fortiter exercuit, ut privata salutae (sic) publicae postposita, pro patriae et uniuersae christianitatis bono occubuisse sat videretur; ideoque promeritus, qui in condignum, recte gestorum praemium per varios militarium honorum gradus primi vigiliarum magistri dignitate ab augustissimo praenominato imperatore condecoratus et fortaliti, Cendro numcupati praefectus fuerit proclamatus. Verum etiam de singularibus eiusdem nobilis ac generosi *Alexandri* de Guadagnis erga personam domumque nostram regiam meritis, quae nos in persona nostra sufficienter experti sumus, dum post expeditiones viennensem et strigonensem feliciter peractas, cum gloriosis armis rediremus ad propria, et ratione itineris contigisset divertere ad praetactum fortalitium Cendro, ubi praefatus nobilis ac generosus *Alexander* de Guadagnis loci gubernator honorificentissimo hospitio, mensa, ceterisque regale diuersorium spectantibus tractationibus personam aulamque nostram regiam, principem Jacobum filium nostrum charissimum, plurimos regni nostri senatores, exercituum duces ac generales splendidissime excepit, ac omnimoda humanissimae mentis praestitit officia. Proindeque eum dignum esse censuimus, quem conspicuo gratiae nostrae argumento exornaremus et ad sibi tumulanda de nobis regnoque nostro maiora in dies merita alliceremus. Motu itaque proprio ex certa scientia, animo bene deliberato, ac maturo accedente consilio, deque peculiari potestatis nostrae regiae plenitudine memoratum nobilem et generosum *Alexandrum* de Guadagnis, eiusque omnes liberos, haeredes ac posteros utriusque sexus, legitime ex lumbis eius descendentes, ortos et orituros in viros solij nostri regalis, regnorumque omnium Comites creauimus, fecimus, inuestiuimus, sublimauimus, prout creamus, facimus, inuestimus, sublimamus, hocque honore ac dignitate insigniuimus, locupletauimus, aliorumque comitum coetui et consortio adscripsimus et aggregauimus, quemadmodum tenore praesentis diplomatis creamus, facimus, exaltamus, sublimamus, insignimus atque aggregamus. Decernentes et hoc nostro regali praedicto firmissime statuentes, ut praenominatus nobilis ac generosus *Alexander* de Guadagnis et omnes liberi, haeredes ac posterii illiusque legitimi utriusque sexus nati et nascituri in infinitum comitum nomen et dignitatem

assequi, obtinere et ferre tam in litteris, quam nuncupatione verbali, necnon in rebus spiritualibus, temporalibus, ecclesiasticis et saecularibus, in quibuscunque negotijs et actionibus a Nobis et successoribus nostris et alijs omnibus et singulis cuiuscunque status, ordinis, dignitatis, conditionis aut praeeminentiae extiterint, pro veris comitibus haberi, teneri, dici, nominari et honorari possint, valeant et debeant, prout nos ipsi eundem nobilem ac generosum *Alexandrum* de Guadagnis eiusque legitimos haeredes, posteros utriusque sexus comites nominamus, declaramus, approbamus, perinde acsi a quatuor auis, paternis et maternis tales nati essent, volentes et auctoritate nostra regali expressa statuentes, quod ubicunque locorum et terrarum tam in iudicijs, quam et extra iudicia omnibus et singulis privilegijs, indultis, immunitatibus, libertatibus, iuribus, consuetudinibus, honoribus, praerogatiuis, exemptionibus, gratijs et fauoribus uti, frui, potiri atque gaudere solent et possunt quomodolibet de iure vel consuetudine, omni conditione vel impedimento remoto. In testimonium vero uberioris propensionis et gratiae nostrae regiae insignia ipsius antiqua,*) suae nobilitatis et virtutis indicia Albae Aquilae Polonae decore amplianda et cumulanda esse censuimus condecoramusque et ampliamus, quemadmodum illa pictoris industria hic de licentia artificiose expressa cernere licet; hoc ipso plenarium eidem illustri ac generoso comiti ac omnibus legitime ex lumbis eius descendentibus masculis et foeminis conferentes potestatem, arma comitum ubique terrarum, quouis pacis et belli tempore ac occasione, in serijs et indifferentibus cunctisque actibus et exercitijs decentibus, praesertim vero generosis certaminibus, hastiludijs alijsque exercitijs equestribus priuatis et publicis, in scutis, vexillis, tentorijs, tapetibus cunctaque supellectili, in annulis, sigillis, mobilibus, clenodijs, ostijs, fenestris, parietibus et aedificijs suis quomodocunque libuerit iure et more ceterorum comitum libere et absque cuiusvis contradictione gestandi, affigendi et exponendi, utque iisdem cum tota posteritate sua tam sacris, quam saecularibus in locis ad negotia, officia, honores et iura sua, successorum suorum quibusuis temporibus perpetuis. Quod omnibus, quorum interest universis et singulis, praesertim vero principibus ecclesiasticis et saecularibus, archi-

*) Ezüst mezőben jobbra néző szerezsen fő rózsával szájában.

episcopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis eorumque officialibus, ciuitatum et communitatum quarumuis praesidibus, gubernatoribus, magistratibus omnibusque in uniuersum cuiuscunque conditionis ac ordinis et praecminentiae exterarum gentium fuerint ad notitiam deducentes iuri gentium innixi constanter ab iisdem requirimus, dignitarijs ac officialibus et toti equestri ordini regni nostri provinciarumque eidem annexarum et dominiorum notum esse volentes mandamus, ut praenominatum illustrem ac generorum comitem eiusque legitimos haeredes ac posteros utriusque sexus ex lumbis eius descendentes et descensuros in dicto comitatus statu, ordine et dignitate permanere, omnibusque et singulis praeceminentijs, priuilegijs immunitatibus, praerogatiuis, exemptionibus, gratijs, indultis et fauoribus comitibus de iure et consuetudine seruientibus et hoc speciali diplomate nostro concessis, libere, quiete et absque ullo quarumuis personarum impedimento uti, frui, potiri et gaudere sinant, atque illum et illos in omnibus et singulis concernentibus defendant et manuteneant, atque alios nequid contrarium attentent vel moliantur iuxta iura impediunt pro gratia nostra.

In cuius rei maiorem fidem et evidentius testimonium praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo cancellariae maioris communiri fecimus. Datum in arce Jauorouien: anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto, die XIV-a mensis Maij, regni vero nostri anno XIII-o.

Aldirca: Joannes Rex. *Ellenjegyvesze:* Christophs Táránowski, Crac. Var. Cancius Rgae M. Secrs.

Eredetije négy levél hártyán, melyek zöld bársonnyal borított, esüst, filigrán művü sarkokkal, csatokkal és középdíszszel ékített negyedréthi könyvbe ékesen bekötvék. A nagy aranyozott szelencébe zárt, vörös viaszos ép pecsét arany ssinóron lögg. Az okmány végén ezen jegyzet olvasható: „Cancellariatu illustrissimi domini Joannis Comitis in Pieskowa Skala et Zywiec Wielopolski supremi regni Poloniae cancellarij, minoris Poloniae Generalis, Cracoviensis, Neoforen., Delinen., Bochnen. etc. Capitanej inductum ad acta Metrices regni Cancellae maioris, die 27. mensis Junij A. Dni 1686. Mathias Ladowski Reg. ac Mattis Secrs m. pria.“ A diploma fejezete és kezdő betűje gyönyörűen van festve.

III.

**I. Lipót császár és magyar király diplomája,
melylyel Gvadagni Sándor grófnak a magyar
indigenatust adja.**

(Kelt Bécsben, 1688. március 28.)

Nos Leopoldus divina favente clementia electus romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, marchio Moraviae, Dux Lucemburgae ac superioris et inferioris Silesiae, Wierthembergae et Thecae, Princeps, Sueviae, Comes Habsburgi, Tyrolis, Fereti, Kyburgi et Goritiae, Landtgravius Alsatiae, Marchio sacri romani imperij supra Onasum Burgouiae ac utriusque Lusatiae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis et Salinarum etc

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod nos benigna ratione habita fidelitatis fideliumque servitiorum meritis et gratis-
simis studijs fidelis nostri spectabilis ac magnifici comitis et marchionis *Alexandri de Gvadagni* camerarii nostri et praesidij nostri Szenderoviensis capitanei, quibus ipsum erga Maiestatem nostram, augustissimamque Domum Austriacam affici tam ex nonnullorum fidelium nostrorum humillima sui recommendatione, quam etiam propria nostra experientia compertum habemus, ac uti de ipso benigne speramus, accedente hac nostra speciali erga ipsum gratia, tanto dexteriora in dies fidelitatis et constantiae suae experiemur bene merendi studia. Sed et impensius considerantes propensum illius animum, singularemque quemdam erga hoc regnum nostrum Hungariae, nationemque hungaricam affectum, quibus ipsum eidem regno nostro, eiusdemque sacrae coronae fideliter, constanter et utiliter servire, cupere atque velle cognovimus, eundem igitur *Alexandrum* comitem et marchionem de *Gvadagni* ipsiusque haeredes et posteritates utriusque sexus, universos ex ipso legitime descendentes, modernos et futuros, de consilio dominorum praelatorum et baronum annuentiaque omnium statuum et ordinum dicti regni nostri

Hungariae, partiumque eidem annexarum in generali ipsorum diaeta ad festum diui Lucae euangelistae, hoc est diem decimum octauum mensis octobris anni proxime praeteriti millesimi sexcentissimi octuagesimi septimi, in liberam ac regiam civitatem nostram Posoniensem indicta et cum solenni etiam serenissimi Josephi archiducis Austriae filij nostri dilectissimi in regem Hungariae inauguratione nobis praesentibus celebrata una simul existentium et congregatorum consensu in numerum coetumque et consortium verorum et indubitatorum dicti regni nostri Hungariae et partium ei subiectarum *indigenarum* duximus recipiendum, annumerandum et aggregandos, idque publicis etiam iam fati regni nostri constitutionibus inseri et inscribi voluimus. Iuxta quarum constitutionum tenorem idem *Alexander Comes et Marchio a Guadagni* solenne etiam coram fidelibus nostris modernis mentionati regni nostri Ungariae palatino et aulico cancellario ac secretario nostro deposuit superinde iuramentum tali modo, nimirum: Ego *Alexander Comes a Guadagni* quoniam sacratissima caesarea atque regia maiestas, dominus noster clementissimus et ex eius maiestatis clementi admonitione universi domini praelati, barones et proceres alijque status et ordines hujus inclyti regni Hungariae in proxime praeterita eorum diaeta generali pro festo sancti Lucae euangelistae recenter praeterlapsi anni, Posonij celebrata me ad meam humillimam supplicationem in numerum et coetum verorum hujus regni Hungariae nobilium creare, recipere et acceptare dignati sunt. Ob hoc iuro per Deum verum et gloriosam Dei genitricem virginem Mariam et per omnes sanctos et electos Dei, quod ego praefatae caesareae maiestati tanquam regi Hungariae et eiusdem maiestatis caesareae successoribus similiter Hungariae regibus legitime coronatis, ac sacrae eiusdem regni Hungariae coronae et toti regno perpetuam fidem et fidelitatem obseruabo, ac iura, libertates, priuilegia, decreta, consuetudines et alias omnes immunitates in hoc regno Hungariae obseruatas, nullis vijs directis vel indirectis, palam vel oculte, consilio, factis, vel alio quocunque modo violabo aut turbabo, sed toto posse meo, etiam si res ita postulauerit, cum vitae meae extrema necessitate tuebor et conseruabo, iuribus, decretis et consuetudinibus eiusdem regni in omnibus parebo et obedientem me exhibebo, dominia, metas ac terminos eiusdem regni Hungariae et par-

tium sibi subiectarum ab eodem regno nulla ratione alienabo, et alienata instar aliorum regnicolarum recuperare enitar. Ad quae omnia praemissa fideliter observanda me et meos haeredes obligo et adstringo. Sic me Deus adiuuet, beata virgo Maria et omnes Sancti. Quo iuramento praeuio modo praestito nos etiam ex certa nostra scientia, animoque deliberato decreuimus et concessimus, ut ipse *Alexander Comes et Marchio a Guadagni* a modo imposterum perpetuis semper temporibus, omnibus illis priuilegijs, indultis, libertatibus, honoribus, praerogatiuis, iuribus et immunitatibus, quibus caeteri eiusdem regni nostri Hungariae et partium eidem annexarum fideles indigenae de iure vel consuetudine quouismodo utuntur, fruuntur et gaudent, uti etiam frui et gaudere valeat atque possit, haeredesque et posteritates ipsius utriusque sexus uniuersi nati et nascituri valeant atque possint, ita tamen ut ad obseruationem eorum omnium, quae in praenotato iuramento ipsius continentur, tam ipse, quam praedicti haeredes et posteritates sui teneantur et sint adstricti. Imo recipimus, annumeramus, creamus, praecipimus decernimusque et concedimus praesentium nostrarum sigillo nostro, quo ut rex Hungariae utimur in perpetuam rei memoriam impendenti munitarum, ipsique *Alexandro comiti et marchioni de Guadagni* et haeredibus ipsius universis extradatarum priuilegialium literarum vigore et testimonio mediante.

Datum per manus fidelis nostri Nobis dilecti reverendi Petri Korompay electi episcopi Nitriensis locique et comitatus eiusdem supremi et perpetui comitis, consiliarij nostri et aulae nostrae per regnum nostrum Hungariae cancellarij in civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima sexta mensis Martij, anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo. Regnorum nostrorum romani trigesimo, Hungariae et reliquorum trigesimo tertio, Bohemiae vero anno trigesimo secundo.

Reverendissimis ac venerabilibus in Christo patribus, dominis Georgio Szécheny ecclesiae metropolitanae Strigoniensis Archiepiscopo, sede alterius archiepiscopatus Colocensis et Bachiensis, ecclesiarum canonice unitarum vacante, Georgio Fenesy Agriensis, Alexandro Mikulicz electo Zagrabieni, praenominato Petro Korompay electo dictae Nitriensis, Leopoldo sacrae romanae ecclesiae presbytero cardinale a

Kolonich Jauriensis, fratre Augustino Benkovich Varadiensis, Stephano Kada Transyluaniensis, fratre Paulo Széchény Weszperimiensis, Nicolao Balogh Vaciensis, Michaele Duornikovich electo Csanadiensis, Matthia Radonay electo Quinque-Ecclesiensis, Francisco Iany electo Sirmiensis, Andrea Péterffy electo Noviensis, Godefrido Kapaun electo Samandriensis, Francisco Csikulyeny electo Scopiensis, Comite Valentino Drugeth de Homona electo Corbauiensis, Jacobo Hasko electo Rosonensis (sic), Blasio Jaklin electo Tininiensis, Ioanne Babich electo Scardonensis, sede episcopatus Segniensis et Modrusiensis ecclesiarum canonice unitarum vacante, Fratre Nicolao Plumbeo Bosnensis ecclesiarum episcopis ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Item illustri, spectabilibus ac magnificis Paulo Eszterházy de Galantha sacri romani imperij principe, aurei velleris equite, dicti regni nostri Hungariae palatino, comite Stephano de Csak perpetuo terre Scepusiensis iudice curiae nostrae regiae, Comite Nicolao Erdődy de Monyorokerék annotatorum Dalmatiae Croatiae et Sclauoniae bano, comite Emerico similiter Erdődy de dicta Monyorokerék tauernicorum, comite Adamo a Zrinio agazonum, comite Georgio Illeshazy de eadem dapiferorum, comite Georgio Erdődy pariter de dicta Monyorokerék cubiculariorum, comite Joanne Draskovith de Trakostyan curiae, comite Stephano Zichy seniore ianitorum, comite Adamo de Batthian pincernarum nostrorum regalium in Ungaria magistris, ac comite Ioanne Palfy ab Erdőd comite Posoniensi caeterisque quam plurimis toties fati regni nostri Hungariae comitatus tenementibus et honores.

Aláírva: Leopoldus; *ellenjegyzve:* Petrus Korompay, el. Eppus Nitrien. és Joannes Maholány.

Öt nagy negyedrélt hártyalevelel, melyek egyszerű hártyaboritékba arany, söld és sárga színórral összefűszvék. E színóron lögg aranyozott szelencében a vörös viassza nyomott teljesen ép pecsét.

